



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

42. An Episcopus possit denunciare, ut evitentur, si regulares exempti  
inciderint in aliquam exco[m]municationem? Et an hoc tantum fieri possit  
ab Episcopis in illis casibus, in quibus id illis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)



# De Dubiis Regularium. Resol. XLII. &c. 29

edit. & conf. 12. in secunda. Sayrus decisi. 25. eod. titulo. Campanil. in diuersi. Iur. Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 22. Aloyf. Ricc. collect. 503. vers. Amplia primo. Azor. tom. 1. lib. 13. c. 4. quæst. 3. Rodriguez 99. regul. tom. 2. quæst. 2. art. 4. & quæst. 63. art. 7. vers. 5. Dicitur autem, quod tunc Regularis maneat extra Monasterium, quando non uiuit sub Superiore conuentualiter, & ita declarauit Sacra Congregatio, vt referunt Genuens. in praxi Archiepiscopi. cap. 59. Piafec. in praxi Episcopi. part. 2. cap. 3. num. 42. Campan. loc. cit. & Barbola de potest. Episcopi. p. 3. alleg. 105. num. 16. Si vero maneat de Superiorum licentia sub Regulari obsequantia in aliquo membro, seu grangia sui Monasterij pro Religionis seruitio, si deliquerit, non ab Ordinario loci, sed à Superiore puniri debet secundum formam Concilij Tridentini sess. 25. de regul. cap. 14. quia cum huiusmodi Superior, possit illi dare licentiam iuxta Concil. Trident. sess. 25. cap. 4. & dicta loca sint membra, & dependentia de suis Monasteriis, censentur eodem iure, & gaudent privilegijs suorum monasteriorum cap. Recolentes, §. Caterum, de Stat. Monach. Ita Ricc. decisi. 281. Cur. Archiep. Neap. num. 4. part. 4. Barbola loc. cit. num. 17. & alij.

6. Quod si Regularis intra Claustra Monasterij degat, & extra ea ita notorie delinquat, vt populo scandalo sit, Episcopo instante, à suo superiore intra tempus ab Episcopo praefigendum, seuerè puniri debet: ac de punitione Episcopus certiorum facere: sin minus à suo Superiore officio priuandus est, & delinquens ab Episcopo puniri potest; sic habetur in Concilio Tridentino d. sess. 25. cap. 14. de qua materia agunt Nauarr. comm. 2. de Regul. num. 63: & Rodriguez 99. Regul. tom. 2. quæst. 2. art. 6. & quæst. 63. articulo 4.

7. Vbi nota, quod post Tridentinum, emanauit super hoc Bulla Clementis VIII. contra Superiores non punientes suos subditos, iuxta formam Constitutionis Concilij Tridentini, sub pena priuationis ipso facto dignitatum, ac officiorum, & inhabilitatis ad illa, ac priuationis uocis actiuae, & passiuæ, incipit, Suscepti numeris, Romæ publicata die 18. Martij 1596. quam referunt Quarant. in Summa Bull. verb. Exemptio, Cochier de Iuris. Ord. in exempt. part. 1. quæst. 17. n. 29. & Piafec. in praxi Episcoporum part. 2. c. 3. num. 44. Addunt aliqui posse Regularem in casu illius decreti Tridentini, deprehensum in delicto, deduci ad carcerem Episcopi, & sumpta informatione super delicto ( dummodo sine mora sumatur ) remitti cum copia processus ad suum Superiorem puniendum, cum praefinitione termini ad puniendum. Et hanc opinionem sequuti sunt Nald. in Summa verb. Episcopus numero 28. Piafec. loc. cit. num. 43. Barbola de potest. Episcopi. part. 3. allegat. 105. num. 19. & Portell. in addit. ad dub. Regular. verb. Punio religiosi extra conuentum, num. 17.

8. Sed ego quoad hoc vitium contrarium docui in part. 3. tr. 2. \* ref. 152. Vide etiam circa praesentem materiam Machadam de Perf. Confess. tom. 2. lib. 4. part. 6. tract. 10. docum. 3. num. ... Qui quoad superius dicta, ponit responsiones aliquas Sacrae Congregationis ad aliqua dubia proposita, & sic ait; La primera duda es, si luego que el Religioso cometiere el delito en la forma dicha, podra el Obispo recibir informacion del, y embiarlela a su Prelado, para que no pretenda ignorancia del delito; à la qual respondo la Sagrada Congregacion que si. La segunda es, si bastaua que el Obispo requiriese vna vez al Superior del Conuento, para que castigasse al Religioso delinquente, ò si

Tem. VII.

era necessario requirir le dos, ò tres vezes, segun lo afirmauan algunos Doctores Religiosos; fundados en aquella palabra del Concilio, Instante, à la qual respondo la Sagrada Congregacion, que bastaua que el Obispo requiriese vna vez al superior del Conuento. La tercera es si el Superior del Conuento, cumple con embiar al Obispo copia de la sententia en que condena al Religioso, ò deua embiarle todos los demas autos, para que el Obispo sentere, si el castigo fuele vero como lo manda el Concilio Tridentino. La Sagrada Congregacion respondo, que no bastaua que el Superior le remitiesse la sententia sino que tambien deua embiarle los demas autos, y testimonio del castigo, y execucion de la sententia. La quarta es, si quando el Religioso delinque, Intra Ecclesiam sui Monasterij, con escandalo, y notoriedad, sea lo mismo que si comitiesse delito extra claustra. La Sagrada Congregacion respondo que si. Ita ille. Dico igitur Regulares degentes extra Claustra posse ab Episcopo puniri; degentes verò intra Claustra, sed extra delinquentes, modo quo supra ab Episcopo puniendos esse existimo; si aliter Pater Bruno sentit, non bene sentit.

Sup. hac quarta in fine § 2. huius Ref. & ad litteram infra in Ref. 44. §. Duodecimos. Sed lege eius doctrinam à S. Hoc supposito, & eius not.

## RESOL. XLII.

An Episcopus possit denunciare, vt euitentur, si Regulares exempti inciderint in aliquam excommunicationem?

Et an hoc fieri possit tantum ab Episcopis in illis casibus, in quibus id illis specialiter permittitur, vt v. g. si Extrema Vnctionis, & Eucharistia Sacramenta ministrant, aut matrimonia solemnizent? Ex p. 3. tr. 2. Resol. 35.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondent Cenedus in quaestionibus Canonis quæst. 26. num. 30. Alterius de censuris tom. 1. disput. 10. lib. 3. cap. 5. in fine, Riccius in addit. ad Instit. canon. lib. 2. tit. 22. §. nec id mirum, & in praxi tom. 2. resol. 210. numer. 4. Bagnus de S. R. E. dignitatibus tract. 12. fol. 202. Truillanus lib. 1. decisi. 36. num. 2. Henriquez lib. 7. cap. 25. numero 7. Rodriguez in 99. Regul. tom. 2. quæst. 63. art. 11. & Piafecius in praxi Episcopi. nouissima, part. 2. c. 3. §. 6. num. 59. vbi sic asserit. Licet Regulares exempti propter eorum privilegia, ab Episcopo excommunicari non possint, nec ligentur statuto Episcopi excommunicationem annexam trahente, si tamen committant aliquod delictum, propter quod ex iuris communis dispositione, vel ex consuetudinibus Apostolicis incurrant ipso facto excommunicationem, possunt declarari per Episcopum, & pro excommunicationis publicati ad effectum, vt euitentur à populo Diocesis. Imò Felinus in cap. non presb. num. 3. de re iudic. dixit, exemptum sic excommunicatum, citari etiam posse ad videndum declarari, concessio enim cum sit fumenda informatio super excommunicatione incurta. Ita Piafecius.

2. Non desunt tamen Doctores contrariam sententiam docentes, & asserentes hoc fieri posse ab Episcopo tantum in illis casibus, in quibus id illis specialiter permittitur, vt v. g. si Extrema Vnctionis, & Eucharistia Sacramenta ministrant, aut \* matrimonia solemnizent. Et ita docent Laurentius de Peyrinis super privilegia Minim. tom. 1. constit. 2. Sixti IV. §. 10. numero 13. Thomas Zerola in praxi Episcopi. part. 1. ver. excommunicatio, de excommunicationis causa materialis, in fine, & Nauarr. conf. 2. vers. 2. de sent. excomm.

\* Pro solenni ministratio- ne matrimo- nij in tom. 6. tr. 1. lege do- ctrinam à lin. 6. Ref. 33. & aliter verus, eius prima annot.

C 3 Ratio



Ratio est, quia antequam Regulares denuncientur, declarare Episcopus prius debet, eos in excommunicationem incidisse; declaratio autem hæc fieri non potest, nisi cognita causa, & citata parte; fieri enim potest, ut Regulares probent se in excommunicationem non incidisse. At causa cognitio ad proprium iudicem pertinet. Ergo Episcopus incompetens iudex Regularium, non potest illos declarare, neque denunciare excommunicatos.

3. Aliqui verò limitant hanc secundam opinionem, ubi delictum, propter quod excommunicatio lata fuit, notorium est, itemque notorium nullam causam Regulares habere, quamobrem se excusent; tunc enim quod declaratio opus non est, denunciari ab Episcopo etiam poterunt, ne alij eorum communione vitentes in excommunicationem incidant: & ita hanc sententiam ex multis rationibus probat Vgolinus de potest. Episc. cap. 29. §. 10. num. 2. & hanc opinionem videtur etiam docere Barbosa de potest. Episc. part. 3. allegat. 105. num. 73. Vide etiam alios penes ipsos.

## RESOL. XLIII.

An Episcopus possit ferre censuras in Regulares? Et notatur, quod quamvis Episcopus non habeat iurisdictionem in Monasteria Monialium, tamen ex iustis causis possit precipere suis subditis, ne intrent in prædicta Monasteria Monialium exemptarum, & erunt valida censura.

Et aduertitur, quod non potest Episcopus excommunicare, nec interdicere famulos Regularium sine mandato Pontificis. Ex p. 5. tr. 9. Rel. 43.

§. 1. **L**ibet mihi respondere cum verbis Henrici Villalobos in summ. tom. 1. tract. 16. diffic. 5. num. 13. ubi sic ait [ Los Obispos no pueden descomulgar à los Religiosos, si no es en las causas en que el Papa; o el derecho les hazen juezes delegados de los Religiosos, porque los Religiosos son exentos de su jurisdiccion por muchos textos, y Bulas. Si el Legado à latere pusiere alguna discomunion en comun, aunque sea Paulina, no liga à los Religiosos mendicantes, si no es, que en ella se declare como concedio Nicolao V. El Obispo no puede descomulgar, ni poner entredicho à los criados de los frayles, mientras estan en su seruicio sin special mandato del Romano Pontifice, y aunque lo hagan, no hazen nada por vn Priuilegio de Alexandro IV. concedido a la Orden de San Iuan. ] Ita ille, vide etiam Henriquez lib. 7. cap. 25. num. 7. in gloss. lit. L. Portel in dub. regul. ver. Episcopus, num. 5. & Aloysium Bariolam in Aphor. lit. E. ver. Episcopus, §. 3. quod fallitur in quibusdam casibus.

2. Notandum est tamen hic cum Mosco in summa, tract. 6. cap. 5. num. 6. quod [ aunque el Obispo no tenga iurisdiccion en vn Monasterio de Religiosas, exentas de su iurisdiccion, por iustas causas puede mandar el Obispo à sus subditos con censuras, que no entten alla, y seran validas. ]

## RESOL. XLIV.

An Vigore Concilij Tridentini possint Episcopi censuris, ac aliis penis in aliquibus casibus castigare Regulares?

Et pro p. axi 17. casus in textu huius Resolutionis ad-

ducuntur, & assignantur. Ex part. 1. i. tract. 2. & Misc. 2. Rel. 22.

§. 1. **S**uppono, Regularem in multis casibus in subiecti. Primus est, Nouitius Regularis subiectus est Episcopo in renuntiatione suorum bonorum, ac etiam Professus si nollet reddere Nouitius excommunicis ante professionem omnia data illis à confanguineis, & Curatoribus, sess. 25. capite 16. de Regular.

2. Secundus est, si Regularis contra voluntatem Ordinarij celebret in Oratorijs particularibus, ex sess. 22. de obseruandis in celebrat.

3. Tertius est in sess. 5. eiusdem Concilij c. 2. de Reformat. in quo subiectur Regularis Episcopo, in petenda licentia prædicandi.

4. Quartus in eodem c. Datur licentia Episcopo puniendi Prædicatorem prædicantem errores, & scandala, & hæretes.

5. Quintus in sess. 6. cap. 3. de Reform. ubi dicitur Regularis degens extra monasterium, etiam prætextu priuilegij sui ordinis non obstante, potest puniri ab Ordinario, si extra Claustrum delinquit.

6. Sextus in c. 4. sess. 25. in quo habetur, Ne Religiosus exeat è suo Conuentu etiam prætextu auctoritatis Prælatum, nisi licentia in scriptis obtena, alter facientes possint puniri ab Episcopis tanquam delictores sui Instituti.

7. Septimus in eodem c. ubi statuitur, ut Regularis missus ad vniuersitates causa studij, habitet intra conuentum, alioquin ab Ordinarijs contra illum procedatur.

8. Octauus in c. 11. in quo decernitur, ut Regularis qui habet in suis domibus curam personarum secularium, sit subditus Episcopo in visitatione, & correctione quoad curam, & administrationem Sacramentorum.

9. Nonus in eodem c. ut Prælati non possint ibi assignare aliquem ad ministrandum, nisi de consensu, & examine Episcopi.

10. Decimus in cap. 13. eiusdem sess. ubi præcipitur, ut Episcopus componat controuersias, ac discordias omnes inter præcedentias Regularium in processibus publicis, & in iis quæ sunt in tumulandis defunctorum corporibus, in deferenda vmbella, & alijs similibus.

11. Vndecimus in eadem cap. 13. ubi præcipitur Regulari, ut vocatus ad processiones accedere teneatur, ad quas secundum antiquam locorum consuetudinem solitus est accedere, & ad illas, quæ vel pro bono pacis Ecclesiæ, vel pro victoria contra Infideles instituuntur. Et in Bulla Pij V. quæ incipit, *Etsi Mendicantium*, interpretantis idem cap. 13. sess. 25.

12. Duodecimus in cap. 14. eiusdem sess. in quo decernitur, ut Regularis viuens intra Claustrum, & scandalose intra illud delinquens, à Prælato, instante Episcopo, intra tempus assignatum, ab Episcopo præfigendum, seuere puniatur, ac de punitione Episcopum certiorum faciat, sin minus à Superiore priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit.

13. Decimus tertius in sess. 23. c. 12. iubet. Quod Regularis ab Episcopo examinetur ad Subdiaconatum, & cæteros Ordines Sacros suscipiendos, & quod ante atatem ibi assignatam non illos suscipiat.

14. Decimus quartus in cap. 15. in quo dicitur, Quod non possit Regularis audire confessiones secularium, etiam Sacerdotum, absque examine, & licentia Episcopi.